

tum numquam didici; sed Lusitanie prima et novissima nubisque permanxit conjux una fatali sorte morte transmissa; neque decet<sup>a</sup> cujusquam et monachus inhiens denuo mulier nec labia mea tetigit osculo. Et ut solidius dicta credantur audita, profero testem fidem præsentem quo semper labore stantem per Patrem et Natum et Spiritum sanctum, per dexteram suam qua sanctos coronat, et cardines cœli et fabricam mundi; quod ipse virtute verboque fundavit, quod pagina presens, omneque taxatus [Forte, taxatuni], nec fraude frustratum, testatum per Christum Jesum Dominum nostrum: sed laudes

<sup>a</sup> In codice Reg. Bibl. Matri. nec desit.

attello, nec meritus, Deo bona donanti, qui impropperat nulli, et ipse pulsetur ut vincos absolvat, et quos hactenus servat inklesos perducat ad illam patriam novam: hæc [Forte, ac] temporibus tuis, gloriostissime princeps, letentur emersi, fraudibus pressi, fraudeque erecti frenentur repressi, ut legibus Christi utrique juvati, abbati occurrant ad nuptias agni, quæ trophæum aureum pareat vestrum, post vestro procul a [Mss. ad] regno, Domino nostro famulemur effecta in Christo Jesu Domino nostro. Amen.

ANNO DOMINI DC.

## DINOTHUS ABBAS.

### NOTITIA HISTORICA IN DINOTHUM ABBATEM.

(Fabric. Biblioth. mel. et inf. ætatis.)

Dinothus, abbas Bannochorensis, laudatus Bedæ Hist. Ang. lib. II, c. 2; aliis *Dionotus avonius*, qui in synodo Claudiana Vectiorum, sive Wircorniensis, anno Christi 601, traditur, ut est apud Lelandum c. 44, copiose, graviter, docte, de non admittenda Gregorii papæ, aut missi ab eo Augustini monachi, auctoritate disputasse; præterea defendisse archiepiscopi Menevensis in rebus ecclesiasticis potestatem; in summa, conclusisse non esse e republica Britannorum ut Romanorum fastum vel Saxonum tyrannidem in communionem admitterent. Atque, eodem Lelando judice, quæ erat Dionoti eruditio, recte sentiebat, non esse penes Romanum, ut gentem adrenam (Saxones), fidei prætextu, in alieno (Britannico) confirmaret imperio. Nam si id admitterent, non deesset fucus ad explendoris quoscumque e regnis suis principes. Verba ipsa quædam Dinothi ex mss. Codice Anglo-Saxonice descripta et Anglice cum Latina versione publicavit Henricus Speelmanus tom. I Conciliorum Anglie p. 108; quæ cur conficta sub Dinothi nomine visa sint Schelstraten<sup>a</sup> et quibusdam aliis, conjicere facile licet, rationem videre non licet. Sententia

<sup>a</sup> Mém. de Trévoix, an. 1700, p. 823.

B verborum hæc est: *Notum sit, et absque dubitatione, vobis, quod nos omnes sumus et quilibet nos rum obedientes et subditi Ecclesiæ Dei et papæ Romæ, et unicuique vero et pio Christiano ad amandum unumquemque in suo gradu in perfecta charitate, et ad adjuvandum unumquemque eorum verbo et facto fore filios Dei: et aliam obedientiam quam istam non scio debitam ei quem vos nominatis papam, nec esse Patrem Patrum vindicari et postulari; et istam obedientium, nos sumus parati dare et solvere ei et unicuique Christiano continuo. Præterea nos sumus sub gubernatione episcopi Caerlegionis super Osca, qui est ad supervidentum sub Deo super nobis, ad faciendum nos servare viam spiritualem. Quæ præterea a Baleo, I, 70, et Pitseo, p. 104 seq. perhibetur scripsisse Dinothus, Defensorium jurisdictionis sedis Menevensis; De conservandis Britannorum ritibus; Disputationum librum, aliumque Orationum et Epistolarum, et in Sacram Scripturam Commentarios, ea nemini visa; et ex sola conjectura, ut in aliis non raro ab his factum, tributa esse mihi persuadeo.*

### DINOTHI<sup>a</sup> RESPONSIO AD AUGUSTINUM MONACHUM, PETENTEM SUBJECTIONEM ECCLESIE ROMANÆ.

(Ex Vilkinsii Conc. Magnæ Britanniæ, t. I, p. 26.)

Notum sit et absque dubitatione vobis quod nos omnes sumus et quilibet nostrum obedientes et sub-

diti ecclesiæ Dei, et papæ Romæ, et unicuique vero Christiano [et] pio ad amandum unumquemque

<sup>a</sup> Descripsi responsionem hanc abbatis Bangor ex 2 mss. Cott.; sed audiamus quid Cl. Spelmanus de suo olim exemplari disserat.

Hæc ex vet. ms. cod. Petri Mosten Cambrobritanni generosi (antiquorem procul dubio imitante) multis abhinc annis ipsem et transcripsi (Verba sunt Spel-